



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||  
LAVRETANAЕ HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

**Torsellini, Orazio**

**Romae, 1597**

Cap. 8. Multis desperata sanitas restituitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64112)

*Multis desperata sanitas restituitur.*

Cap. VIII.

Trad. Laur.  
Ann. Laur.  
Rer.

Card. Moro  
ni votum.

Julian. Cæ-  
sar mortife-  
xo morbo e-  
ripitur.

Aeger ex pe-  
dibus sana-  
tus.

**M**Ultis quoque per eadem tempora salus ( quamuis desperantibus medicis ) diuin itus reddita . Cardin. Moronus periculoſo implicitus morbo , Lauretanæ Virgine implorata , repente conualuit . Itaque damnatus voti Lauretum protinus venit : & gratijs B. Mariæ actis , exſtare voluit diuini munera monumentum . Proinde votiuam inibit bellā ſuspendit hoc maxime titulo inſignē .

**IOANNES CARD. MORONVS EPISCOP. PORT.**  
**GRAVISSIMA INFIRMITATE OPPRESSVS,**  
**A DEO. INTERCESSIONE B. MARIAE**  
**SEMPER VIRGINIS LIBERATVS, VOTI COMPOS**

**VOTVM PERSOLVIT. AN. DOM. M. D. LXV.**

Aliud admirabilius , ſed paulo antiquius . Julianus Cæſarinus ex Romanis proceribus , de quo ante diximus , anno huius ſeculi LX . diſſicili , diutinaque dyſenteria confeſtus iacebat . Exhaustæ iam erant cum crurore vires : nec magis iā medici , quā eius domesti ci , ac propinqui actum de eius ſalute credebant . At ille expertæ alias Lauretanæ opis memor Deiparam inuocat . Protinus cunctis ſtupore attonitis , periculo eximitur . Quo propior morti erat , hoc euidentius miraculum fuit . Sequitur aliud genere dispar , euidentia par . Ioānes Baptista Asculanus multos iam annos laborabat ex pedibus adeo grauiter , ut per ſe ipſe ingredi haud quaquam valeret . Igitur damnata medicorū ſpe , Lauretanæ Virginis opem implorat . Confeſtim equo vectus Lauretum venit . Quo post quam ventum est à duo bus familiaribus in auguſtissimam cellam delatus , ſimul B. Mariam venerabundus ſalutauit , extemplo priſtinam valetudinem recuperauit pedum , ſic prorsus , ut per ſe ſuis pedibus regredere tur ad hospitium , vnde eum in ſacredam

*sanciam*

sanctam cellam modo ægrum, & pedibus delatum esse  
constatbat.

*Duo Energumeni à vexatoribus Diabolis liberantur.*

*Cap. V IIII.*

**P**at in Diabolis, atque in morbis depellendis, B. Mariæ  
virtus enituit. Illyrica subinde mulier Paula nomine,  
diu multumque à malorū Dæmonū manu, quibus obfessa  
tenebatur, vexata, sane mirabile, ac multiplex Laureta-  
nis incolis, aduenisque spectaculum præbuit. Quippe cæ-  
teris humanis, diuinisque remedijs frustra tentatis, statuit  
ad Lauretanam Virginem, certissimum ærumnosorum  
perfugium, conferre se se. Ergo Dæmones salubri confi-  
lio, itinerique obstare summa ope: & Lauretanum iter in-  
gressam modo fremitu, & clamore horrendo in fugam  
auertere; modo obsirmato pergentem animo prosternere  
humi; aliás ipsam instigantes in itineris comites, socios-  
que incitare adeo, ut latratibus, infestisque dentibus cun-  
ctos à comitatu absterreret suo. Vicit tandem siue homi-  
num pietas, siue diuina vis diabolicas artes. Itaque quam-  
uis obluctans mulier à valida, minimeque timida virorum  
manu abripitur in sacram Virginis cellam. Pius, ac peri-  
tus talium rerum Sacerdos adhibetur, à quo per incarna-  
ti inibi Verbi mysterium iussi facessere, tandem Diaboli  
abscedunt muliere exanimi relicta. Cæterum illam dein-  
de receptris viribus, actisque gratijs abeuntem hand pro-  
cul Laureto rursus inuadunt. Igitur retracta ad B. Virgi-  
nis Aedem, mira quædam edere coepit, vaticinari, arcana  
parefacere multorum, peregrinis subinde linguis eloqui.  
Mirari primo qui aderant, inde admiratio in misericordia  
verti. Horum precibus exorata Virgo exagitatores illos  
denuo exegit. At simul Laureti porta mulier pedem ex-  
tulerat, confessim importuni illi vexatores aderant: & in-

eam